

qualiter ego palatinus comes Heremannus erga monasterium a beate memorie matre mea Magdilide et eius compare Sigebodone in honore precipui confessoris Martini constructum cura, qua debui, sollicitus extiti. Novi enim, ubi victus subtrahuntur necessaria, ibi negliguntur divina. Hac enim consideratione ex divina bonitatis clementia ammonitus quasdam mee proprietatis res tam precipuo et sanctissimo confessori Martino pro anime mee parentumque remedio transfudi et donavi, ut fratres inibi Deo servientes vigilantibus studio in divino proficiant augmento. Tradidi enim Bilemerche et in Sinzecho 1 molendinum, in Kerpena 1 molendinum et dimidium, ecclesiam in Eccheze, in Belere Walbertum et eius beneficium. Hec omnia tam precipui confessoris Martini fratribus perpetualiter possidenda concessi et donavi, quo minus foras vagandi licentiam habeant et ferventiori studio in divino ardeant officio. Si forte contigerit, quod absit, ut aliquis presumptuosi consilii futurus filius aut nepos hec adnullare aut infringere moliatur, ira Dei omnipotentis necnon et sanctissimi Martini confessoris maneat super eum et super omnes consiliarios tante presumptionis in die ultimi examinis. Ut autem hec munificentie nostre concessio et donatio nunc et deinceps perpetuis temporibus firma et stabilis absque ullius contradictione perseveret, auctoritate nostra semper roborata atque defensa, placuit hanc cartam signo nostro et astantium testimonio insignire et corroborare.

Ueberliefert ist unsere Urkunde, die eine Schenkung Hermanns an das Stift Kerpen (westlich von Köln) betrifft, in einem allerdings recht jungen Copiar des Stifts, welches jetzt im Archive des katholischen Pfarramts zu Kerpen beruht¹; sie bildet in diesem Codex das erste Stück: auch dem Schreiber des Copiars erschien sie also als die älteste Urkunde seines Stifts. Von vorn herein ist klar, dass ihm nicht die Originale der Urkunden vorgelegen haben, sondern dass er aus älteren Copiaren geschöpft hat, dass mithin unserer Copie alle die Mängel anhaften können, welche die in mittelalterlichen Copiaren überlieferten Urkunden aufweisen. Es fehlt unserer Urkunde das ganze Eschatokoll und damit auch die Datierung, aber irgend welche Be-

1) Der Inhalt des Copiars ist näher beschrieben bei Armin Tille, Uebersicht über den Inhalt der kleineren Archive der Rheinprovinz Bd. I (Bonn 1899), S. 96. Leider ist aus Versehen gerade das Regest dieser Urkunde dort weggeblieben. Die nächst älteste ist von 1211.